Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

erat ioseph de domo dauid: et nomen virginis maria.
Et ingressus angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: dominus te
cum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset
turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti
enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in utero: et paries
filium: et uocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus: et filius al
tissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid
patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius
non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud
quoniam uirum non cognosco. Et respondens dixit ei. Spiritus sanctus
superueniet in te: et uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideo quod
et quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cog
nata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic men
sis sextus est illi que uocatur sterilis. quia non erit impossibile
apud deum omne uerbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domi
fiat mihi secundum uerbum tuum. feria. vi. de ysaye. ppte.

Hec dicit dominus deus. Egredietur uirga de radice iesse: et flos
de radice eius ascendet: et requiescet super eum spiritus do
mini. spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilii et fortitudinis
spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini;
Non secundum uisionem oculorum iudicabit. neque secundum auditum
aurium arguet. in equitate pauperibus iudicabit. Et percutiet
terram uirga oris sui. et spiritu labiorum suorum interficiet impium;